paulatim exterminas[...]t. Non quia inpotens
eras in bello subicere impios iustis, aut bestiis
saeuis, aut uerbo duro simul exterminare.
Sed partibus iudicans dabas locum paenitentiae.
Non ignorans quoniam nequa est natio illorum.
Et naturalis malitiae ipsorum. & quoniam non
poterat mutari cogitatio illorum in per
petuum. Semen enim erat maledictum
ab initio. Nec timens aliquam ueniam dabas
peccatis eorum. Quis enim dicet tibi quid fe
cisti. Aut quis stabit contra iudicium tuum.
Aut quis in conspectum tuum ueniet uindex
iniquorum hominum. Aut quis tibi inputa
bit si nationes perierint quas tu fecisti. Nec
enim est alius deus quam tu cui cura est de omni
bus ut ostendas quoniam non iniuste iudicasti.
Neque rex neque tyrannus in conspectu tuo inquirent
de his quos perdidisti. Cum sis ergo iustus iuste
omnia disponis. Ipsum quoque qui non debet puni
ri condemnare. Exterum aestimas a tua uirtu
te. Virtus enim tua iustitiae initium est. Et ob
hoc quod dominium dñs es omnib; te parcere
facis. Virtutem enim ostendis tu quoniam crederis
esse in uirtute consummatus. Et horum qui
[...]t audaciam traducis. Tu autem domina
[...]tutis cum tranquillitate iudicas.

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, , Fragm_6_2r – Biblia Sacra Vulgata (https://fragmentarium.ms/view/page/F-hyhn/714/10967)